



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Apud Reges. 278

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

ces maximos Paullum III. & IV. Iulium III. Marcellum II. cuius hoc fuit de I G N A T I O iudicium, ut diceret, maius momentum apud se I G N A T I I auctoritatem habere, quàm omnes rationes, quæ in contrarium adducerentur. Gregorius deinde XIII. & Pius IV. ac V. ea de I G N A T I O, eiusque posteris testimonia reliquere, quæ (ut denuo fatear) mea me modestia ne exscribere quidem hic sinat.

278 Iam in eius laudes etiam Regum sententiæ consensere; ut Ferdinandi Romanorum, ut Ioannis III. Lusitanorum. Quorum iste P. Ludouico Consale sub annum MD. LIII. Romam proficiscenti in mandatis dederat; seridò attenteque I G N A T I V M consideraret; deque singulis postmodum ad se perscriberet.

O 4

Quod

Quod ille non segniter exsecutus, regi deinde rescripsit, nullâ se neque diuinarum rerum lectione, neque precibus, tantopere ad DEI amorem accendi; quam vnus IGNATIUS diligentia aspectu.

279. De purpuratorum verò Patrum, ceterorumque Principum iudicio, notius est, quàm quod scribi oporteat; sed & prolixius, quàm quod memorari à me possit. De paucis duntaxat referam. Gaspari Quirogæ, amplissimo Cardinali, eidemque Tolerano Antistiti, & per terram Hispaniam Quæsitore, visus eiusmodi vir est IGNATIUS; cui absolutissimam perfectionem tribueret: quemque non parcis laudibus, demissum iuxta prædicaret ac comem; patientia, & rerum mortalium contemptu insignem; diuinæ gloriæ, salutisque humanæ studiosum; nullis per-

pe
ne
tri
te
N.
la
ad
ve
ci
pl
z
pu
ra
C
fa
ta
vi
o
ca
tr
b
m
se
fe
..